CAESAREOLOGIA METRICA H.E. COMPENDIOSA ROMANORUM IMPERATORUM, ...

Simon Bormeister



CÆSAREOLOGIA METRICA,

h. e.

COMPENDIOSA

Romanorum Imperatorum, versibus inclusa enumeratio,

cui subiuncta

PARALLELA

IMPERATORUM ET PONTIFICUM,

In usum juventutis adornata

â

M. SIMONE BORMEISTERO,

Rect. ad Sp. S.

NORIBERGÆ,
Typis JOANNIS PHILIPPI MILTENBERGERI,
ANNO M. DC. LXVI.

VIRIS
ILLUSTRIBUS, PRAESTRENUIS, NOBILISSIMIS ac Prudentissimis.

DNNIS.

DN. BURCHARDO LÖFFELHOLZIO, â Colberg/ Inclutæ Reip. Norib. Duumviro Primario, Illustrissimi Electoris Moguntini Consiliario, Prætori ac Castellano, ut & Xenodochii, nec non Monasterii S. Catharinæ Præfecto eminentissimo,

DN. CHRISTOPHORO FUHRERO ab Haymendorff in Wolkersdorff VII Viro, Universitatis Altorphinæ, Ecclesiarum & Scholarum Ephoro gravissimo,


DN. GABRIELI NüZELIO, ab & in Syndersbühl/ &c.

DN. GEORGIO FRIDERICO Behaim.

DN. HIERONYMO WILHELMO SCHLÜSSELFELDERO,

Dominis Scholarchis & Senatoribus, æstumatissimis, Dominis Maecenatibus ac Patronis sanctè colendis

FLORENTEM FELICITATEM!



Obis, id quod obfero, Viri Illustres, debetur, utpote quorum benevolo indultu, studio historiarum (quod semper in deliciis mihi fuit) operam dare, eoque juventutis imbuere animos, mihi concessum est. Nempe ne amplius ij qui ad maturitatis annos pervenissent, adhuc tamen pueri essent, sub primordiis commissi mihi Rectoratus, publico lectionum, Scholæ Xenodochianæ Catalogo, Historiæ tractationem inserere voluistis, ut sic, non tantum quod imitetur & vitet, juventus disceret, sed & ut Imperii, & quæ sub eo continetur Ecclesiæ, vicissitudines, cognosceret. Præprimis verò enixe in id operam dedi, ut ad ea, quæ sub Romanis Imperatoribus â Christo nato (non tamen neglectis cœteris Monarchiarum rebus) gesta, fidei meæ commissos, brevibus deducerem. Sed animadvertens non ita, memoriam omnium, esse felicem, ut seriem Imperatorum ritè recensere possent, eos seculis distinctos, metro includere, ad prime utile esse duxi; maxime & ea propter, quod dulcedine Poetica, talia adolescentibus longè gratiora & faciliora reddantur. Enimvero inanem me laborem haud suscepisse, ex inde conjiciebam, quod suo, hunc conatum meum, calculo, ad probarit Par Virorũ, quibus doctior orbis meritò fasces submittit: qui insuper authores fuere, ut publicæ luci, hoc quicquid est, committerem. Parui, non quod pruritu seculi hujus calamus caleret, aut quod nescirem, alios eodem genere scribendi usos esse; sed ut incommodis describendi occurrerem. His itaque pagellas, Vobis, Augusti, Augustæ Reip. Patres, dare, dicare ac dedicare nunc audeo, non quòd splendori Vestro pares præsumam, sed ut meam, in cultu studiorum industriam, Vestro in me favori possim ad probare. Id si adsequor, longe me feliciorem, iis, in quibus nunc deprimendis nunc evehendis fortuna quotidie jocatur, putabo. Interea Valete & favete illi, qui pro Vestra Vestrique Imperii incolumitate, adsiduus ad Deum vota facit

d. e. Museo: d 14. Decemb. Anni Vergentis CIↃ. IↃC LXVI.

VVm. Ill. NN. devotissimus cliens

SIMON BORMEISTER.

Secul. I.

*A*Vgustus regnat, summo descendit Olympo,
ipsa Dei soboles, tribuens primordia seclis.
Imperium *Tiberi* cernit tua funera Christe.
Invisus *Cajus*, *Drusus*, post pessimus ille
Nero cum *Galbâ*: Sequitur quos *Salvius*, *Otto*,
Aulus, *Vittellius*, binos post *Vespasianos*,
Domitianus adest monstrum, sed *Nerva* probatur.

Secul. II.

T*Rajanus Princeps*, docto dat sceptra *Hadriano*,
excipit hunc doctum rursus *Pius Antoninus*,
alter *Philosophus*. Post hunc incommodus orbi
Commodus adgressus regnum. Mox *Helvius* instat,
succedit *Didius*, turpis cui cura voluptas.

Secul. III.

JAm regnum clarus tractat virtute *Severus*,
quem *Caracalla* necat. *Macrinus* sanguine natus
obscuro, luxu torpet. Regalia sumit
sceptra *Varus* fœdus, sibi qui nil turpe putavit.
Sed nunc justitiæ vindex, jurisque *Severus*
regnat *Alexander*. Post *Thrax* furit improbus. Adsunt
collegæ imperii *Balbinus* cum *Pupieno*.
His quoque sublatis, summi fastigia regni
Gordianus sumit, Arabum & de gente *Philippus*,
Decius, infensus Christo. Deîn *Valerianus*
Gallienusque socors. Sed *Claudius* optimus annis
exactis binis, terrestria morte relinquit.
Hinc hostes varii, superat quos *Aurelianus*.

Menſes poſt ſenos *Tacitus* cenſente ſenatu
fit Cæſar. *Probus Aurelius*, probus omnibus audit,
& *Carus*, carus. Chriſtoque *Diocletianus*,
Maximianus erant hoſtes. Hic triſtia çeſſant.

SECUL. IV.

DIſſimiles regnant & *Chlorus*, *Galeriusque*,
hic malus, ille bonus. Ceſſit diadema *Severo*.
Irriſor ſævit Chriſti *Maxentius* olim.
Plenum ſævitiâ *Licini*, cognomine Magnus
te *Conſtantinus* fregit; poſt funera cujus
& *Conſtantinus*, *Conſtans*, *Conſtantius* orbem
diviſo imperio moderantur. Poſt *Iulianus*
deſertor fidei ſuccedit, ſed *Iovianum*
commendat pietas. Fascesque *Valentinianus*
ſuſcipit, aſcito regni conſorte *Valente*.
Cæſareos inter proceres *Gratjanus* habetur,
Tuque *Valentiniane alter*, *Theôdoſie Magne*.

SECUL. V.

ORbis diviſus; retinente orientis habenas
Arcadio atque Pio *Theodosjo*, cuiq; dedit *Mars*
nomen; & occiduum moderatur *Honorius* orbem.
Conſtanti huic ſoboles ſcelerata *Valentinianus*
Tertius in regno ſucceſſit. *Roma tyrannos*
ſuſcipit, aſpiciens triſti ſua funera vultu.
Maximus invadit regnum, ſuccedit *Avitus*,
hunc *Majoranus* ſequitur. Tu ſceptra *Severe*
accipis. *Anthemius* Cæſar, regnante *Leonè*
partibus Eoi datus eſt, ſuffectus *Olybro*,
Glycerius, *Iuliusque Nepos*, quem pellit *Oreſtes*.
Interea *Zeno*, & *Baſiliscus* regno orientis
præſunt. Occiduo aſt tu das *Auguſtule* finem.

SECUL. VI.

ITaliæ penes eſt *Gothos* jam gloria regni
& *Longobardos*. Orientis frena capeſſit

cognomen

cognomen *Dicori*, cui dat pupilla biformis.
A ſtabulo ad faſces *Iuſtinus*, *Iuſtinianus*
relligionis amans, regni fundamina leges
colligit, & reddit *Iuſtino* ſceptra *ſecundo.*
alter Tiberius felix: ſed triſtia paſſus
Mauritius, tandem cum natis enſe peremtus.

SECUL. VII.

ITalia *Exarchos* veneratur; ſanguine, *Phocæ*
ſceptra madent. Muhamet regnum tibi turbat *Heracli.*
Jam *Conſtantinus quartus*, proli fraude novercæ
extinctus. Sed *Heracleonas* in flore juventæ
occubuit rurſum: rapit ornamenta, *ſecundus*,
urbis Romanæ, *Conſtans.* Felicibus armis
victus Arabs *Conſtantini Quinti.* Aſt malus hæres
filius imperii fuit *alter Iuſtinianus.*

SECUL. IIX.

QUæ fortuna dedit tibi regna *Philippice*, rurſus
poſcit *Anaſtaſius. Theodosjus* ſponte relinquit
Tertius imperium. *Leo* poſt ſucceſſit *Iſaurus.*
Filius hunc ſequitur *Copronymus.* Huic *Leo quartus.*
& *Conſtantinus ſextus* ſucceſſit. *Irene*
gnato interfecto tres annos ſola gubernat.

SECUL. IX.

CArolus antiquis Francorum regibus ortus
ſceptra gerit, virtus dedit huic cognomina *Magni*,
magna, Patris magni, ſoboles *Ludovicus* habenas
ſuſcipit, & poſt hunc *Lotharius.* Huic Monachorum
clauſtra placent. *Alter Ludovicus* ſceptra parentis
tractat, & extinctus per toxica pharmaca *Calvus.*
Carolus aſt *Craſſus* regno ſpoliatur; & illud
hinc *Ludovicus* adit *Balbus*, qui ſceptra relinquit
Arnolpho, ægrotus fuerat, qui vermibus eſca.

Sed

Sed Græci restant, Irene en regna orientis tractat. *Nicephorus Michael*, *Leo*, cepit honores imperii *Armenius*, *Balbus Leo* sanguine vitam claudit, & hinc sumit sibi sceptra *Theophilus* hæres. Filius huic *Michael* rursus successit, & illum *Basilius Macedo* excepit. Post quem *Leo*, dictus *Philosophus*, graviter Saracenum pugnat in hostem.

SECUL. X.

GErmānis proceres concedunt sceptra. Potitus his est *Conradus primus*, qui reppulsit Hunnos. *Auceps Henricus*, primus tornamina, ludos hastarum illustres. Germano sanguine natis commendat, regnat Patri fuit æmulus *Otto Magnus*, Pannonios pellens. Post *Ottho Secundus*, *Tertius* imperium teneris susceperat annis. Ast orientis *Alexander* quoque sceptra capessit. Deîn *Constantinus*, *Romanus*, *Nicephorusq;*, *Zimisca* hos sequitur. Sed *Basilius* dedit *alter*, Tî *Constantino* fratri moderamina regni.

SECUL. XI.

HEnricus *Sanctus* coelebs cum conjuge castâ vixit. *Suevorum* primus suscepit honores Imperii *Saliquus Conradus*. *Tertius Heinrich* Pontificum rixas componit. Nomine *Quartus Henricus* dignâ superavit clade Rudolphum. Hos oriens coluit te *Argyrum*, post *Michaelem*, *Paphlago*, cui nomen. Successerat huic *Calephatus* qui regno pulsus. *Constantinum Monomachum* suscipit Eous. Sed jam *Theodora*, sororis est regni consors. *Michael Stratioticus*, *Isâc Comnenus*, *Ducas*, *Romanus*, *Parapinacius*. Tuque *Botoniates*, *Alexi* hæc secula claudis

SEC. XII.

SECUL. XII.

HEnricus *Quintus*, proh! perfidus arma capessit
adversus patrem. Post hunc *Lotharius alter*
Saxo, rebellantes urbes compescit, & illi
Tertius in regno *Conrad* successit. Avitis
sedibus ejecit *Guelphos*, *primus Fridericus.*
Henricus sextus Calabrum de gente triumphos
rettulit, & clausit tandem sua fata veneno.
Tertius & quartus, *quintus*, *sextusque* Orienti
Comneni præsunt. *Isaac* post *Angelus* instat.

SECUL. XIII.

HEnrico extincto suscepit sceptra *Philippus.*
Quartum ast Pontificis fulmen turbavit *Ottonem*,
quo pulso, imperium, *Fridericus* laude *secundus*
nulli, tractavit, doctrinâ & Marte per orbem
dispergens famam. Saltim tres præfuit annos
Conradus quartus. Multas Germania turbas
sensit, sed pacem reddit post bella *Rudolphus*,
Atlas Austriacæ gentis. Succedit *Adolphus.*
Ast Orientis erat variis concessa potestas
Angelus, *Alexjus*, *Murzuflus*, *Baldvvinusque*,
Henricus, *Petrus*, *Robertus*, jamque *secundus*
Baldvvinus cepit. Sed post hunc sunt *Theodorus*
Lascaris, ac *Ducas*, *Theodorus*, *Lascaris alter.*
His successores *Ioannes* cum *Theodoro*,
ac *Michael Palæologus*, *Comnenius* ortu.

SECUL. XIV.

FRaudibus oppressi sceleratis *Austrius Albert*,
septimus Henricus, Monachus cui mixta venena
corpore cum Christi dedit. Hinc *quintus Ludovicus*,
Carolus & quartus Bohemo sanguine natus.
Degener huic gnatus, regni spoliatur honore,
Wenceslaus iners. Traduntur sceptra *Ruperto.*

Tendit

Tendit ad interitum Constantinopolitanum regnum, quod quatuor Palæologos veneratur.

SECUL. XV.

BElla parum *Sigmund* quondam felicia gessit adversus Turcas. Longè felicior armis ast fuit *Albertus*, qui mirabilia mundi dictus. Pacis amans *Fridericus Tertius*, annis proximus Augusto, imperii. Sed *Maxmilianus* maximus ingenio, clarus pietate, refulget.

SECUL. XVI.

CArolus implevit *Quintus* virtutibus orbem nec minor huic *Fernandus* erat. Par hisce *secundus Maxmilianus*, & hunc sequitur gravis ille *Rudolphus alter*, qui Turcos superavit numine dextro.

SECUL. XVII.

TEmpora *Matthiæ* viderunt bella Boëma, queîs mixtus frater *Ferdnandus* deînde *secundus*. *Tertius* ast *Ferdnand*, Pragensem reddidit orbi pacem. Hanc progenies Divûm foveat *Leopoldus*!

PARAL. IMP. AC PONT.

SECUL. I.

A. quo Imperium, adiit	IMPER.	PONTIF.	A. quo sedem adiit
	OCtav. Augustus Sub hujus Imperio. Anno 42. natus est, desideratus mundo Messias, ex quo tempore secula initium sumunt.	Rom. Ecclesiæ Doctores, ut præclare de Pontificia sede mereantur, PETRUM primum Romanum Pontif. faciunt, eumque sedi huic Episcopali 25. annis præfuisse nugantur. v. Bellar. l. 2. de Pont. Rom. c. 2. Becanus. Theol. Schol. Tom. 2. l. 3. de Rep. Eccl. cap. 2. p. 1363. Ast licet non negandum videatur, Petrum Romæ fuisse, eum tamen tamdiu sedem illic fixisse, quomodo Pontificii probabunt? Satis eorum absurditates ea in re, publicæ luci exposuit Vedelius tr. de Cathed. Petri. addatur Kipping ad Pappum p. 16. Lipstorp. Format. Monarch. Pap. p. 8. D. Drejer. disp. Pap. II. p. 254. Hornius. Hist. Eccl. p. m. 46.	
15	Tiberius Cl. Nero		
37	C. Caligula		
41	Cl. Tiberius Drusus		
54	Nero Claudius		
68, 69.	Servius Sulpitius Galba M Salvius Otho A Vitellius		
69	Fl Vespasianus	Linus.	70
79	Titus Vespasianus	Cletus	81
81 96	Domitianus Nerva	Clemens	93

SECUL. II.

98	Nerva Trajanus	Anacletus Euaristus	103 112
117	P. Ælius Hadrianus	Alexander Sixtus I.	121 132
138	Antoninus Pius	Telesphorus Hyginus I. Pius I	142 154 158
161	Aurelius Antoninus	Anicetus Soter	167 175
180	Commodus	Eleutherus	179
194	Ælius Pertinax Didius Julianus	Victor	194

SEC, III.

A.C.	Imperat.	Pont.	A.C.
194	Septimius Severus		
213	Antoninus Caracalla	Zepherinus	203
219	Opilius Macrinus		
220	M. Aurelius Antoninus Heliog.	Calixtus I.	221
224	Alexander Severus	Urbanus. I.	226
		Pontianus	233
237	Maximinus Thrax	Antherus	237
		Fabianus	238
239	Cl. Pupienus Maximus		
	Cœlius Balbinus		
240	Gordianus III.		
246	Philippus Arabs hunc Christianum fuisse Eusebius.l.6.c.27.Vinc. Lerinens.c. 23.adfirmant, quibus tamen contradicit Scaliger ad Eusebii Chron.n.2260. Rupertus ad Besoldum.p.356.		
253.	Q. Trajanus Decius Tres usurpatores potius imperii quam veri Imperatores hic interponendi; nempe Licinianus, Volusianus, Æmilianus.		
		Cornelius	253
256	Valerianus	Lucius	256
257	Gallienus	Stephanus I.	257
		Sixtus II.	260
		Dionysius	261
269	Fl. Claudius		
271	L. Domitius Aurelianus	Felix I.	273
		Eutychianus.	275
278	M. Aurelius Tacitus		
279	Aurelius Probus		
283	M. Aurelius Carus		
284	C. Aurelius Valerius Diocletianus	Cajus	284
	Maximianus	Marcellinus	296

SEC. IV.

SEC. IV.

A.C.	Imperat.	Pont.	A.C.
304	Galerius Maximianus	Marcellus	304
	Constantius Chlorus	Eusebius	309
		Melchiades	311
306	Constantinus M.	Sylvest. I.	314
337	Constantinus II.	Marcus	336
	Constans	Julius I.	338
	Constantius	Liberius	352
		Felix	356
361	Julianus, ultimus stirpis Constantini M.		
363	Jovianus		
364	Valentinianus I.		
	Valens		
367	Valentinianus II.	Damasus	367
375	Gratianus I.		
379	Theodosius I.	Ursinus	384
		Siricius	385
		Anastasius.	398

SEC. V.

Ex eunte seculo IV. divisum est Imperium in Occidentale & Orientale. *Unde & alia classis Imperatorum Occidentalium, alia Orientalium constituenda.*

Imper. Orient. A.C.		Imperat. Occid. A.C.		Pont.	A.C.
383	Arcadius. Cœpit imperare hoc anno cum Patre Theodosio, qui tutorem ei dederat Rufinum.	391	Honorius. Cœpit hoc anno imperare cum patre Theodosio M. qui tutorem ei dederat Stiliconem.	Innocentius I.	402

402.Theo-

A.C.	Imperat.			Pont.	A.C.
402	Theodoſius II.	425.	Valentinianus III. ultimus hic Imperator occidentis legitimus, reliqui qui ſequuntur Tyranni.	Zoſimus	417
450	Martianus.			Bonifac. I.	419
				Cæleſtinꝰ I.	424
		455	Maximus	Sixtus III.	432
		456	Avitus	Leo I. Mag.	440
		457	Majorianus		
		460	Severus		
457.	Leo I. Thrax.		Inter-Regnum.	Hilarius I.	461
		467.	Anthemius	Simplicius	467
			Olybrius		
474	Zeno Iſauricus.	473	Glycerius		
			J. Nepos		
		475	Auguſtulus. Poſt hunc occidens totis 324. annis nullos amplius habuit Imperatores. Interea in occidente coepere Italiæ Reges, quorum primus Odoacer, ultimus vero Tejas. Poſt hunc exortum eſt regnum Longobardorum A. C. 570. ejus primus Rex Alboinus, ultimus Deſiderius. Coepere etiam his temporibus Exarchi, quorum primus Longinus, ultimus Eutychius, quem Aiſtulphus Longobardorum Rex dignitate hac exuit.	Felix III.	483
491.	Anaſtaſ. Dicorus.			Gelaſius I.	492
				Anaſtaſ. II.	496
				Symachus	498

SEC. VI.

A.C.	Imper. Orient.	Pontif.	A.C.
518	Juſtinus I. Thrax	Cælius Hormisda	514
		Johannes I.	523
		Felix IV.	526
		Bonifacius II.	530
527	Juſtinianus I.	Johannes II.	532
		Agapetus I.	535
		Sylverius	536
		Virgilius	540
		Pelagius I.	555

565. Juſti-

A.C.	Imper. Orient.	Pont.	A.C.
		Johannes III.	559
565	Justinus II.	Benedictus I.	571
576.	TiberiusConstantinus	Pelagius II.	577
583	Mauritius	Gregorius M.	590

SEC. VII.

602.	Phocas Hunc Monarchiæ Papalis, *qualis tempore Lutheri & hodie est*, fundatorem fuisse, ex Historicis probari non posse, pluribus ostendit *D. Kortholt*. Tr. des kohl-schwartzen Babsthums. c.3.§.1.seqq.	Sabinianus	604
		Bonifacius III.	607
		Bonifacius IV.	607
		Theodatus	615
		Bonifacius V.	617
610	Heraclius	Honorius I.	626
		Zepherinus	638
		Johannes IV.	639
		Theodorus	641
641	Constantinus IV.	Martinus I.	649
641	Constans II.	Eugenius I.	654
		Vitalianus	655
		Adeodatus	669
		Donus	676
		Agatho	678
669	Constantinus V. Pogonatus	Leo II.	687
		Benedictus II.	684
		Johannes V.	685
		Conon	686
686	Justinianus II. Rhinotmetus	Sergius I.	688
		Leo III.	698

SEC. IIX.

	Tenebant occiso Iustiniano II. sceptra, Tyranni, Leontius & Absimarus, ante quos Bardanes adhuc imperator fuerat.	Johannes VI.	701
		Johannes VII.	705
		Sisinnus	707
		Constantinus I.	707

713. Ana-

A.C.	Imper.	Pont.	A.C.
713	Anastasius		
715	Theodosius	Gregorius II.	714
717	Leo Isaurus	Gregorius III.	731
741	Constantinus VI. Copronymus.	Zach. I.	741
		Steph. II. / Steph. III.	751
		Paulus I.	757
		Constantinus II.	767
		Steph. IV.	768
		Hadrianus I.	772
775	Leo		
780	Constantinus VII. Porphyrogenneta.	Leo III.	796

SEC. IX.

Quoniam rursus occidentis Imperatores in hoc seculo cœpere, itaque omissis Orientalibus; ii saltem enumerandi.

A.C.	Imp. Occid.	Pont.	A.C.
801.	Carolus M. hoc anno imperatorium nomen adsumsit; nam regnum susceperat jam A. C. 768. Eum autem Germanum fuisse, nervose probat, VVimphlingius in declarat: *Carolus Magnus*, qui videatur, juxta cum *Bartholomai Agricola* notis ad eum. De translato autem in eum Imperio Romanorum v. Bœclerus. Secul. 9. Hist. p. 22.	Stephanus V.	814
		Paschalis.	817
		Eugenius	824
814	Ludovicus I. Pius.	Valentinus	824
		Gregorius IV.	827
840	Lotharius	Sergius II.	844
		Leo IV.	847
		Johannes IIX.	854
855	Ludovicus II.	Benedictus III.	855
		Nicolaus I.	858
		Hadrianus II.	867
875	Carolus Calvus. constituunt nonnulli successorem Ludovicum III. Balbum dictum. Enimvero quia à solo Pontifice, Iohanne 8. in Gallia est coronatus, nec unquam regnum Italiæ obtinuit; hinc Carolus Crassus successor in imperio constituendus.	Johannes IX.	872

879. Ca-

A.C.	Imp.	Pont.	A.C.
		Martinus II.	883
879	Carolus Craſſus	Hadrianus III.	884
		Stephanus VI.	885
		Formoſus	891
887	Arnulphus	Bonifacius VI.	895
		Stephanus VII.	897

SEC. X.

		Romanus	900
		Theodorus II.	901
		Johannes IX	901
900	Ludovicus IV.	Benedictus IV.	905
		Leo V.	907
		Chriſtophorus	907
		Sergius III.	908
		Anaſtaſius III.	910
		Landus	912
912	Conradus I.	Johannes X.	912
919	Henricus I. Auceps hujus temporibus, nomen comitum Naſſoviæ inclareſcere cœpit. A.C. 630. De Lancea, clavis Chriſti ornata, quæ Norbergæ adſervatur, quam tanquam pignus imperii conſecravit Henricus, vid. Dietericus. Hiſt. Ang. Famil. Saxon, p. 16. in Henrico Auc.	Leo VI.	928
		Stephanus VIII.	928
		Johannes XI.	931
		Leo VII.	936
		Stephanus IX.	940
		Martinus II.	943
		Agapetus II.	946
		Johannes IIX.	955
936	Otto M.	Leo IIX.	963
		Benedictus. V.	964
		Johannes XIII.	965
		Benedictus VI.	972
967	Otto II. Romæ, à Patre conſors imperii factus, hoc anno coronatus eſt, Patreque A. C. 973. defuncto, ſolus imperare cœpit.	Donus II.	972
		Bonifacius VII.	974
		Benedictus VII.	975

983. Otto

A.C.	Imper.	Pontif.	A.C.
		Johannes XIV.	984
983.	Otto III.	Johannes XV.	985
		Johannes XVI.	995
		Gregorius V.	995
		Sylvester II.	999
		Johannes XVII.	1003

Ab hoc esse VII. Electorum Originem vulgo creditur, quod tamen non satis certum esse, ostendunt magni nominis viri. D. Strauch. Disp Exot. 2. §. 1 p. m. 43. Conring. de Septem Viris Sv. Elect. Germ. §. 23. Carpzov. de L. R. c. 10. S. 5. Godofr. de Iena de Elect. Imperat. differt. 1. ch. 5. p. 33. Iohann. Conrad. Dictericus. in Otton. III. p. 102.

SEC. XI.

A.C.	Imper.	Pontif.	A.C.
		Johannes XVIII.	1003
		Johannes XIX.	
1002	Henricus Claudus & Sanctus.	Sergius IV.	1009
		Benedictus IIX	1012
1024	Conradus Salicus.	Johannes XX.	1024
		Benedictus IX.	1033
		Sylvester III.	1045
1039	Henricus III.	Gregorius VI.	1045
		Clemens II.	
		Damasus II.	1045
		Leo IX.	1049
		Victor II.	1055
		Stephanus X.	1057
1056	Henricus IV.	Benedictus X.	1058
		Nicolaus II.	1058
		Alexander II.	1061
		Honorius II.	1061
		Gregorius VII.	1073
		Victor III.	1086
		Urbanus II.	1088
		Paschalis II.	1099

SEC. XII.

A.C.	Imper.	Pontif.	A.C.
		Gelasius II.	1118
1106	Henricus V.	Calixtus II.	1119
		Honorius III.	1124
1125	Lotharius II.	Innocentius III.	1130

1139. Con-

A.C. Imper. | Pontif. A.C.

1139. Conradus III.

1152 Fridericus Ahenobarbus. Acerrime hic Imperator cum Hadriano IV. contendit, fit ne imperium Romanum feudum Pontificis, qua de re legi potest elegantissima disp. Theol. D. Meisneri de jure Pontif, circa Elect. Imperat. 6. 21.

1190 Henricus VI.

Anacletus II. 1143
Cælestinus II. 11 3
Lucius II. 1144
Eugenius III. 1145
Anastasius IV. 1153
Hadrianus IV. 1153
Alexander III. 1159
Victor IV. 1180
Lucius III. 1187
Urbanus III. 1187
Gregorius IIX. 1187
Clemens III. 1188
Cælestinus III. 1191
Innocentius III. 1198

SEC. XIII.

1198. Philippus
1239 Otho IV.
1210 Fridericus II. Leges, quas Scholæ Salernitanæ, de medicis, chirurgis, & pharmacopæis. tulit, exhibet Nob. Conringius dissert. 3. Antiquit. Acad. p. 102.
1250 Conradus IV. Adversus hunc VVilhelmus Hollandiæ & Zelandiæ comes Imperator creatus est, sed periit, Anno 1266. Post ob civilia bella à Pontificibus mota, ac dissensione Germanorum Principum Interregnum 17. annorum cœpit.

1273 Rudolphus I.

1292 Adolphus Nassovius

Hadrianus IV. 1216
Gregorius IX. 1227
Cælestinus IV. 1241
Innocentius IV. 1243
Alexander IV. 1254
Urbanus IV. 1262
Clemens IV. 1265
Gregorius X. 1271
Innocentius V. 1276
Hadrianus V.
Joh. XXI.
Nicolaus III. 1277
Martinus IV. 1281
Honorius V. 1285
Nicolaus IV. 1288
Cœlestinus V. 1294
Bonifacius IIX. 1294

A.C. Imper. Pontif. A.C.

SEC. XIV.

1300 Albertus Auſtrius

1308 Henricus VII.

1314 Ludovicus IV.

1346 Carolus IV.
Hic auream bullam, Procerum imperii conſenſu, condidit, qua de videatur Carpzovius. de L.R.c.3.ſ.2 Conting.de Or.I.G c.27.p.164.

1376 Wenceslaus.

Benedictus XI. 1303
Clemens V. 1305

Johannes XXI. 1316
Benedictus XII. 1334
Clemens VI. 1342

Innocentius VI. 1352
Urbanus V. 1362
Gregorius XI. 1370

Urbanus VI. 1378
Clemens VII. 1378
Bonifacius IX 1389
Benedictus XIII.

SEC. XV.

1400 Rupertus Palatinus

1411 Sigismundus

1438 Albertus

1440 Fridericus Sub hoc imperatore A. C. 1453. maxima omnium poſt Romam urbs Byzantina, die 29. Mai. poſt toleratam 54. dierum obſidionem irreparabili Eccleſiæ damno à *Mahomete* II. exciſa eſt.

1493 Maximilianus I.

Innocentius VII. 1404
Gregorius XII. 1406

Alexander V. 1409
Johannes XXIII. 1410
Martinus V. 1417
Eugenius IV. 1431
Felix 1431

Nicolaus V. 1447
Calixtus III. 1455
Pius II. 1458
Paulus II. 1464
Sixtus V. 1471
Innocent. VIII. 1484
Alexander VI. 1492

SEC.XVI.

SEC. XVI.

1519 Carolus V. An Germanus fuerit disquirit D. Strauch. Exercit. Exotericarum: dissert. 4. §. 6. p. 95. Ejus vero mandato à *Julio Pflugio*, Episcopo Naumburgensi, *Michaele Sidonio*, & *Johanne Agricola Islebio*, Liber INTERIM est conscriptus, quo de videatur Matth. Theatr. Hist. p.m. 1067.

1558. Ferdinandus I.

1564 Maximilianus II. Sub eo tristissima laniena Parisiensis A.C. 1572. facta, qua quoque absumtus Ramus. De ea legatur copiosè Laurentius Riseberg Epit. de Rebus Gall. sub Carolo IX. p. 59.

1576 Rudolphus II.

Pius III. 1503
Julius II. 1503
Leo X. 1513

Hadrianus VI. 1522
Clemens VII. 1523
Paulus III. 1534
Julius III. 1550
Marcellus II. 1555
Paulus IV. 1555
Pius IV. 1560

Pius V. 1566
Gregorius XIII. 1572

Sixtus V. 1585
Urbanus VII. 1590
Gregorius XIV. 1590
Innocentius IX. 1591
Clemens IIX. 1592
Leo XI, 1605
Paulus V. 1605

SEC. XVII.

1612 Matthias

1619 Ferdinandus II.

1636. Ferdinandus III.

1658. Leopoldus.

Gregorius XV. 1621
Urbanus VIII. 1623

Innocentius X. 1644
Alexander VII. 1655

ATque hæc eſt ſeries Pontif & Imperatorum, in quorum annis adſignandis licet maximè Chronologi diſſentiant, ſequutus tamen meliorum ſententiam. Poſſunt vero Imperatorum, memoriæ cauſa, quinque claſſes conſtitui, I. Continet *Ethnicos*. Altera *Chriſtianos*, quorum I. Conſtantinus M. & terminatur in Auguſtulo. Tertia continet Imperat. *Orientales*, occidente excluſos. Quarta continet *redivivos in occidente*, ac incipit â Carolo M. Quinta â *Rudolpho I.* conditore Familiæ Auſtriacæ, ſeque extendit usque ad noſtrum Imperatorem cui Deus Opt, Max. benedicat,

Ad Lectorem,

Cùm, maximo ſtudioſæ juventutis

emolumento, Imperatores, raro metro ederet
VIR,

Clariſſ. atq; Erudititiſſimus Dn.


M. SIMON BORMEISTER, Scholæ ad Spir. S, Rector meritiſſimus,

ARdua res certè, tot nomina jungere verſu
Pauco, res geſtas commemorare ſimul,
Hoc, facit unguiculos miſere mordere ſubinde;
Copia ſi rerum, pagina parva ſiet,
Qui, facilè eſſe putas tali brevitate placere;
Incipias ſaltem, grande videbis opus,

Lmq. ſ.

Jacobus Bürlein/ Med, D,

DEO TRINUNI GLORIA.


Österreichische Nationalbibliothek
+Z163211500



